

que minus fidei apud animos reperirent
 audientium: At exiliter laudantes, ami-
 citiæ speciem præferrent, quod nisi dili-
 gerent, non laudarent, cæterum nihil aut
 modicum in nobis laude dignum inue-
 nire crederentur. Idem diuinos & futu-
 rorum notitiã promittentes copiosissimè
 refellebat, nullam eis habendam omnino
 fidem docens. Et si enim aliqua inter-
 dum oscitantes, vera iactarent, casu id,
 non ratione contingere. Ut eos lubricis
 & fallacibus coniecturis, ac velut per te-
 nebras suspenso gradu, prætentãque ma-
 nu palpitanter, nonnunquam in ipsam
 veritatem ignoranter incurrere, nec
 quicquam per eadem vestigia si iubeas
 reuersuros, ut quibus nihil comperti fo-
 ret, & nulla arre ducerentur. Sæpè præ-
 teritarum auditu rerum abuti, in consu-
 lentium vanitate & credulitate demen-
 tium, naultãque de circumstantibus per-
 cunctando, ad ipsa quæ silentur quadam
 versata ratiocinatione penetrare: Ideo-
 que sæpius videri præteritorum, quàm
 futurorum vates. Sed ob hoc ipsum apud
 animos noscendi desiderio flagrantem sec-
 cuturi temporis fidem promereri. Ita ta-
 men vel fortuitò vel callidè vaticinan-